

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 28. Lucemburgicus Dux Romam ingressus, ac cum Papa collocutus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

ius pignoris custodia fuit demandata : Sæcul. XVI.  
A. C. 1590.  
 fertur tamen , jam prius quasdam ab  
 hoc corpore particulas fuisse separatas ,  
 si tamen genuinæ sunt hujus sancti Re-  
 liquiæ , quæ sub ejus nomine Monaste-  
 rii in Ecclesia Jesuitarum exhibentur .

## §. XXVIII.

*Lucemburgicus Dux Romam ingres-  
 sus , ac cum Papa collocutus .*

Interea cum Fœderati in Francia fese Thu. l. 98.  
Davil. hist.  
des guerr.  
France l. II.  
civil. de  
 Regis victoriis opponerent , Franci-  
 cus Luxemburgicus , quem Henricus  
 IV. Pontificis mentem hac super re ex-  
 ploratum Romam miserat , octava Ja-  
 nuarii die anno redemptionis nostræ  
 millesimo quingentesimo nonagesimo  
 ibidem advenit , atque in primo , ad  
 quod admissus erat , colloquio Sanctitati  
 suæ hæc exposuit : „A regiæ prosapiæ  
 „Principibus , tribunis equitum , aliis-  
 „que primariis Regis ministris , ac Re-  
 „gni Proceribus Catholicis delegatus  
 „sum , ut suæ sanctitatis pedes deoscu-  
 „larer , eique tanquam summo Pontifici ,  
 „Christi in terris Vicario , & beati Petri  
 „successori pia , & humili devotione  
 „debitos honores deferrem , simulque  
 „mandata mea aperirem , quæ eo ten-  
 „dunt , ut Sanctitas sua intelligeret , qui-  
 „bus rationibus industi illi , a quibus  
 „missus sum , Henricum Borbonum in

D 3

Regem

**Sæcul. XVI.**, „Regem Franciæ adscivissent, quam  
**A.C. 1590.** „quam ægre, & summo cum dolore fa-  
 „ctum esset, ut Regem agnoscerent  
 „eum, qui aliam ab ipsis religionem pro-  
 „fiteretur, & nuper diplomate Pontifi-  
 „cis proscriptus, ac Ecclesiæ censuris ir-  
 „retitus esset: attamen in præsenti gal-  
 „lici Regni vicissitudine, ac statu Pro-  
 „ceres ad hoc consilium coacti sunt,  
 „postquam enim deplorando prorsus fa-  
 „to Henricus III. fuerat trucidatus, tam  
 „crebra undique observabantur pericu-  
 „la, quibus ob dissensiones tam ipsa  
 „Religio, quam Francia erat exposita,  
 „quin ulla alia via, quam Henrici Bor-  
 „bonii electione, utraque sarta conser-  
 „vari posset.,,

§. XXIX.  
*Hujus Duci rationes in Henrici IV.  
 favorem expositæ.*

**H**is addebat Lucemburgicus: „hac  
 „ratione Navarrus Rex præpedie-  
 „batur, ne Calvinistis suum diadema in  
 „acceptis reserre cogeretur, sed potius  
 „ultronea obsequii, ac debitæ submissio-  
 „nis pollicitatione Catholicis devince-  
 „retur, simulque per iteratas preces in-  
 „duceretur, ut tandem ad Ecclesiæ si-  
 „num Christianæ fidei præceptis imbū-  
 „tus rediret: hæc enim erat via ad ejus  
 „conversionem urgendam omnium effi-  
 „cacissi-